



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Advocati dicuntur defendere rempublicam, sicut milites armatae
militiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

decis. aur. cap. 4. par. 1. lib. 3. num. 2. Nec etiam in duabus ecclesiis beneficiatus pro una contra aliam patrocinium præstare potest, *gloss. ult. in cap. II. quest. 7.* & latè per Diaz. *diss. præt. crimin. c. 69. alius 57.* An autem clerici in aliis causis possint advocati, vel procuratoris officium exercere, regulariter non possunt, quia generaliter in omnibus causis procuratoris, & advocati officium exercere clericis est prohibitum, *cap. I. in §. contentiones, ne cler. vel mon. c. 1. de postul.* Innoc. *in c. unic. in fin. de oblig. ad rat. ord.* Abb. *in c. in nostra numer. 1. verf. postmodum, de pro cur.* & Rom. *conf. 384. num. 3.* quæ regula

Fallit primò, in causa ecclesiæ, & curia ecclesiastica, Abb. *in diss. c. in nostra. nu. 1.* in qua curia possunt clerici etiam in sacris constituti, & beneficiati procuratoris, & advocati officium exercere, *c. per venerabilem,* ubi Archiepiscopus pro rege postulat, qui fil. sicut leg. Abb. *in eodem cap. in nostra. num. 1.* & Fed. *de Sen. conf. 70.* *eadem nu. 1.* præsertim in curia Romana, ut post Abb. anti. tenet Abb. Panormit. *in s. cum essent. nu. 2 de symon.*

Fallit secundò, quod licet clericus non possit esse procurator laici, *I. placet. C. de episc. & cler. ad unam tamen causam clericus procurator laici esse potest.* Innoc. *in diss. c. unic. in fin.* & advocationis officium exercere. Abb. *in diss. cap. cum essent. n. 2.* Fed. *de Sen. d. conf. 270. num. 1.* & Rom. qui plures citat *in sing. 273.* & ibi in add. & in causis monasterij de mandato Abbatis monachus procurator esse potest, & quilibet regularis in negotiis monasterii, & propriis Abbatis, procuratoris officium potest exercere, Innoc. *in cap. cum L. & A.*

numer. 1. & 2. de re jud. clem. religiosu, de procur. Rot. decis. 2. eodem tit. in antiqu. & Roma. sing. 274.

Fallit tertò, in causis pupillorum, orphorum, viduarum, peregrinorum, & miserabilium personarum, *cap. I. 2. cap. Episcopus gubernationem, 88. distinct. c. 1.* ne cler. vel mon. *cap. 1.* & ibi Abb. *num. 2. & c. fin.* de postul. quæ gratis facere debent, cum hoc eis ex pietate sit permisum, ut post Hostiens. tenet Abb. *in eodem cap. 1. num. 5. ne cler. vel mon. & cap. fin. num. 5. de postul.*

Quæ procedunt f in clericis in sacris ordinibus constitutis, qui aliunde habent, unde commode vivere possunt, alias, si quis egeret, advocando, posset sibi victimum querere, ut post Hostiens. Abb. *in d. cap. 1. num. 4. de postul.*

Cum autem clero indigenti liceat opus rurale exercere, *cap. I. de celeb.* Missa, *cap. clericus victimum, 91. distinct.* & aliena prædia conducere, *cap. dilecti, & ibi gloss. 1.* & Abb. *num. 3. de decim.* & Diaz. *in præt. crimin. c. 57.* *in annot. in fin. multo magis sibi licere debet f advocationis officium exercere, quia plus congruit dignitatibus cum advocati tempore publicam, sicut milites armatae militiae defendere dicantur, ut per Abb. numer. 4.*

Si vero, clericus non est sacris initiatus, sed tantum in minoribus ordinibus constitutus, & sic competenter beneficiatus, unde se commodè possit sustentare, tunc sacerdoti æquiparatur, & gravatis patrocinium præstare debet, alias in utroque foro licet cum licentia, scilicet, Ordinarij stipendia percipere potest, tamen à criminalibus causis, in quibus pœna sanguinis venit imponenda, quilibet clericus

dericus etiam non beneficiatus, nec factis ordinibus initatus, propter periculum irregularitatis ad offendam à procuratoris, & advocati officio debet abstinere, cap. sententiam, ne cler. vel mon. cap. 1. § 1. dist & Abb. d. cap. 1. num. 4. infin. de postul. ubi ac tot. tit. ne cler. vel mon. lector plura videre potest.

²² Clerico officia, & commercia secularia exercere minis, ioculatoribus, & histriobus intendere, tabernas frequentare, nisi forte causa necessitatis in itinere constitutis, alea, & taxillis ludere, aut ludis hujusmodi interesse, pannis rubeis, aut viridibus, manicisque, aut sotularibus consuiciis, frænis, sellis, pectoralibus, calcariis deauratis aut aliis superfluitatibus in gentibus uti, fibulas, corrigias, auti, vel argenti ornatum habentes, vel annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis, deferre est de jure prohibitum: ac à crapula, & ebrietate, debent clerici abstinere, cum ebrietas, mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum, ut cap. cum decorem. c. à crapula, & cap. clerici. de vit. & honest. cleric. & contrafacentes sunt puniendi, Concil. Trid. in cap. 4. de refor. sess. 14. cap. 6. §. eos verò, sess. 21. & melius in cap. 1. §. cum igitur, sess. 22. ubique de refor. ubi his casibus puniri possunt omni appellatione remota,

²³ Incontinentiā etiam & plures pœnas incurrit, & quam turpe, ac clericorum nomine, quo se divino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiae scordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensio ne, summoque clericalis militiae dedecore, Concil. Trid. testatur, ut in cap. 14. in princip. de refor. sess. 25. quapropter prohibi-

betur quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus habet possit suspicio in domo, vel extra detinere, aut cum ijs ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis sacrissimis canonibus, vel statutis, ecclesiastum impositis, sunt puniendi, ut in eod. cap. 14. c. volumus. cap. in omnibus. c. cum omnibus 81. dist. cap. 1. & sere per tot. de cohab. & cap. fœminas. cler. & mule.

²⁴ Non se abstinentes, & si à superioribus muniti fuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipso facto sunt privati, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi est applicanda, & mulæ ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, contra quoscumque, etiam laicos, eo ipso, quo exactæ fuerint, locis pijs sunt assignandæ, ut cap. 3. §. in causis verò, ead sess. 25.

Si verò in delicto sicut cum eadem, vel alia fœmina quis perseveraverit, secundæ motioni non parendo, omnes fructus, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittit, & ab Ordinario, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, à beneficiorum ipsorum administratione arbitrio eiusdem Ordinarii est suspensus.

Si verò ita suspensus concubinam non expulerit, & cum ea etiam versetur, aut semel dimissam intermissum consortium repetierit, aut alias hujusmodi scandalos mulieres, sibi adjungere ausus fuerit, beneficiis, & pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuè est privandus, & inhabilitatis pœnam incurrit, ac etiam excommunicationis gladio plecti potest, d. cap. 14. §. quodsi, & §. si verò, sess. 25.

Kkk Cle-